



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

De integra fide Christi. tit. 38

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

142 SVMMA DOCTR. CHRIST.

Non sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis, tanquam ex &c. Et ideo quoniam vult Deus à cœatura (id est, homine) cognosci, coli, & sibi gratias pro beneficijs agi: ideo fidem exigit, & non vult sine fide saluare, aut iustificare, vel donare &c.

Tertiò, fructus (id est, utilitas) fidei est, quod ipsa est medium, per quod Deus vult distribuere beneficia, quæ meruit Christus, id est, iustificationem: Romano. 3. Arbitramur hominem iustificari fide ab aliis operibus legis. Receptionem in gratiam & filium, Ioan. 1. dedit illis potestatem &c. donationem spiritus sancti, Ioan. 14. quem mittet pater in nomine meo & cæt. & vitam æternam, Ioan. 6. Hec est voluntas patris mei qui misit me, ut omnis qui videt filium, credit in eum, habeat vitam æternam. Sine hoce medio fidei, nemo apprehendit beneficia Christi, iam iudicatus est, Ioan. 3.

Sed hoc cautè notandum, quod sola viua fides est medium, per quod apprehenditur gratia Dei. Est autem viua fides, quæ adiunctorum habet poenitentiam Marci 1. poenitentimi & credite Euangelio.

Secundò, dilectionem Dei & proximi, Galatas 2. Fides quæ per dilectionem operatur absq; illis, fides mortua est, Iac. 2. & quoniam opera testantur ad fidem, ideo solum cogitare, Christus pro me moriū est, & resurrexit Romanor. 4. sine poenitentia dilectione, non est fides. Non igitur volunt separata fides & opera, sicut nec ignis & calor eius &c.

Non sufficit ergo externè tantum credere Christum pro te natum & passum, sine propria cordis plenitentia & dilectione.

D E INTEGRA FIDE  
Christi.

TITVLVS XXXVIII.

Ria sunt notanda. Primo, quid sit integrata fides: Secundo, quod una pars fidei sine altera Deo non placet, neque salvat: Tertio, quod fides cum charitate & timore, ac spe, & alijs virtutibus, & omnes virtutes cum fide, sic sunt connexæ & cohaerent, quod una sine altera non est vera & perfecta &c.

Primo, fides tota & integra Christi est, credere quod Christus est &c. & facere quod præcepit. Primo scilicet, credere firmiter hoc, quod Est: est Christus, id est, Deus & homo, sicut Martha Ioan. 11. Tu es Christus filius Dei vivi. Et Petrus Mat. 16. & Thomas Ioā. 20. Dominus meus & Deus meus. Subinde, quod est Messias & saluator mundi. Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum, id est, saluatorem. Roman. 4. Mortuus est pro peccatis nostris. Hæc omnia credere, spectat ad fidem: & est una pars fidei Christi, credere quod talis est, sicut scriptura dicit. Altera pars fidei est, facere quod iubet, scilicet obedire legi diuinæ, Matth. 19. Pœnitere, Marc. 1. Diligere Deum ex toto corde & proximum sicut te ipsum, Matth. 22. Dare eleemosynam, orare, ieiunare, Matth. 6. suscipere sacramenta, &c. Hæc altera pars fidei, probat priorem, & testis est esse veram. Sic Augustinus serm. 37. de tempore: Fides à facio dicitur &cet. Fac ergo quod debes, & fides est vera: opera igitur quoque sunt fides tua. Credere ergo quod Christus talis est, sicut scriptura eum declarat, & facete quod iubet, hæc duo constituunt veram & integrum fidem, & opera tua sunt fides tua, si- cut sunt opera, ita & fides &cet. Sic Iacobus 2. capite iubet fidem ostendere ex operibus, & dat exemplum de esuriente & nudo, &c.

Secundo, Fidei solùm una pars non placet Deo, tneq; salvat, Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, id est, credo credo, introbit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem, &cet. Ad Tit. 1.